



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xvij. Ad inflammationem ventris aut inflationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

perlues, atque pabulo cyminum miscebis. garum præsente cane decoques. delectatur namque eius odore. præbeto cani de omni frumentorum genere, donec ad saturitatem expleas.

*Ad tuſim canis.*

**C**ANIS si tuſi laboret, accipe morticiniū animalis, vt equi, aut cuiusuis etiam id genus, & quam chelidoniam dicunt, terito vna cum lacte caprino, ac cani vt bibat dato, atque breui morbo suo liberabitur.

*Ad inflammationem ventris aut inflationem.*

**P**ARUM aceti illi exhibeto, & extemplo dolorem fistes.

*Ad sanguineum mictum.*

**S**I minixerit sanguinem canis, lentem eum primum in lacte coques, & coriandri succum, & piperis grana xxv. & olei communis sextariolum vnum, & aliam heminam lentiſ cum lacte coque & olei vncijs duabus, atque in vnum redige, quibus deinde canem perungito.

*Ad urinæ difficultatem.*

**P**ANEM lacte caprino madidum, interdiu vt edat, bis dato.

Y iiij